

*Lettera a Enrico, figlio del
re di Castiglia, relativa alle
trattative per il matrimonio di
quest'ultimo curate da Carlo I.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Lettera a Enrico, figlio del
re di Castiglia, relativa alle
trattative per il matrimonio di
quest'ultimo curate da Carlo I.*

1266-10-27

Karolus etc.

Nobilissimo viro Henrico, filio Regis Castelle illustris, et amico et consanguineo suo etc. Utilitatem vestram nec non et honorem vestrum principis reputantes, cum nuncios vestros Thomam dictum "Mort de feufi" et Nicolaum dictum Vaquete, milites, et hominem Dei ad Nos pro quibusdarn negotiis missi fueritis, super matrimonio quod vos scitis tractavimus cum eisdem, licet iidem exponerent coram Nobis quod voluntatem vestram in nostris manibus in hoc facto et aliis totaliter poneretis, Nos tamen... ad vos pro facto huiusmodi predictum hominem Dei, nuncium vestrum, providimus destinare antequam super matrimonio huiusmodi cum aliquo tractaremus: et licet per eundem hominem in suo redditu vestram super hoc negotio intellexissemus plenius voluntatem, ex relatione tamen religiosi viri fratris Guillelmi de ordine Fratrum Minorum, qui fideliter... retulit velle vestrum super hoc, sumus redditu certiores, et licet credamus illam dominam satis in hoc adquiessere votis nostris, tamen huiusmodi complere negotium sine patris assensu et decentibus conditionibus hinc inde firmatis utilitati et honori nostris non credimus expedire. Nos igitur, honorem vestrum et commodum totis affectibus amplectentes,... de consilio karissimi consanguinei nostri B. Imperatoris Constantinopolitani illustris et quorundam consiliariorum nostrorum,... tractari facere proponimus condiciones cum patre predictae domine, que vos deceant et Nos et alii amici nostri debeamus acceptare. Quos vero elegimus tractatores, Nicolaus dictus Vaquete... et homo Dei... vobis referent viva voce... Religiosus vero vir frater Guillelmus predictus penes Nos remansit ut, cum

habuerimus certitudinem de prmissis, vobis per
eundem... responsionem possimus!... facere certiore.

Datum...

Errato il riferimento in nota ai RCA a Del Giudice, che riporta
26 ottobre e non 27, alla pari quindi con Minieri Riccio.